(Payreschau), pobrali kniehy, ubrusy etc.“ (l. c. 37) Auch den Pfarrer wollte man ergreifen, dieser aber entkam. Dafür nahm man ihm seine Kühe. Geständnis des Jan Polak 1423, 22. März. (l. c. 28.)

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

Ein alljährliches Wunder des hl. Benedict in einem apenninischen Dorfe.

Mittheilung von D. Willibald Gnandt, O. S. B., d. Z. in Subiaco.

(Fortsetzung und Schluss zu Heft I. 1901, S. 157—163.)

Ich befand mich bereits ein halbes Jahr in Subiaco und hatte bis dahin immer die günstige Gelegenheit versäumt, um nach Roiate einen Ausflug zu unternehmen.

Als daher Mitte October v. J. der hochw. P. Prior eines neulich in der Bretagne von Solesmes aus gestifteten Klosters bei uns eintraf, und mich freundlichst ersuchte, ihn nach Roiate zu begleiten, da lies ich mich nicht lange bitten, nahm die Einladung an, und traf noch selbigen Tages alle nöthigen Anstalten, um am darauffolgenden Morgen möglichst frühe aufbrechen zu können.

Um 9 Uhr vormittags bestiegen wir, wie abends zuvor es verabredet war, unsere Pferde und ritten in der denkbar fröhlichsten Stimmung den steilen Berg hinunter. Als wir aber an der S. Maurusbrücke angekommen und der neugeweihte Priester aus dem Orden der barmherzigen Brüder, welcher sich uns mittlerweile angeschlossen hatte, sich immer noch nicht zeigte, da ritt ich mit möglichster Beschleunigung den Berg wieder hinauf um zu sehen, ob nicht etwa ein Unfall vorgefallen sei.

Zu meiner Freude sah ich aber gar bald den betreffenden Herrn ruhig auf seinem Esel einherschreiten, nachher jedoch erklärte uns derselbe, dass er an mehreren Stellen Todesängsten ausgestanden habe, und bat uns daher, da er in seinem Leben noch nie auf einem Pferde gesessen, ihn ja nicht im Stiche zu lassen.

Wir lachten nicht wenig hierüber, versprachen aber dennoch ihm in jeglicher Noth nach Kräften zu Hilfe zu kommen.

Von der S. Maurusbrücke gieng es nun auf offener Landstrasse im Galoppe nach Roiate zu, das wir nach etwa zweistündigem Ritte erreichten. Dieses Dorf liegt ungemein schön auf einem, in fruchtbarer Ebene und in pyramidaler Form sich erhebendem Berge, von welchem aus sich dem Auge des Reisenden ein entzückendes Schauspiel darbietet. Denn ausser der herrlichen

Bergkette der Apenninen sieht man Pagliano, Valmonte, Montefortino, Velletri, ja sogar in weitester Ferne das Mittelmeer.

Nachdem wir nun dem dortigen Ortspfarrer einen kleinen Besuch abgestattet, und unsere Esswaren mit demselben redlich getheilt hatten, erhoben wir uns und lenkten unsere Schritte der Gnadenkapelle zu. Mit tiefster Rührung betraten wir dieses altehrwürdige Heiligthum und verrichteten darin zunächst einige Gebete.

Zu unserem Bedauern sahen wir zwar das wunderbare Manna nicht aus dem Felsen fliessen, entdeckten aber in dem Steine eine tiefe runde Oeffnung, welche die Form eines seiner ganzen Länge nach ausgestreckten und etwas auf der Seite liegenden Menschenkörpers darstellt. Man erkennt noch deutlich die Form des Kopfes, die Verrengung des Halses, die Breite der Schulter und des Oberleibes. Die genannte Form ist 2·11 m lang, und an den Schultern 0·52 m breit (während hingegen an den Knien nur 0·33 m). Die Tiefe der runden Oeffnung beträgt 0·27 m. Es ist endlich noch hervorzuheben, dass sowohl der Stein als auch das wunderbare Manna von den berühmtesten Chemisten unserer Zeit untersucht wurde. Der Stein besteht nach ihrem einstimmigen Urtheile aus dicht gedrängtem Kalke, der sich mit Ausnahme einer ganz unbedeutenden thonartigen Materie in chlorhydrischer Säure auflösst.

Hinsichtlich des Manna aber hat die kirchliche Behörde die allergrösste Behutsamkeit von jeher angewandt, um deren höheren Ursprung mit rechter Gewissheit auszumitteln, und um darüber alle irgend zu fordernde authentische Gewähr mittheilen zu können, dass besonders keine Täuschung dabei untergelaufen, hat sie kürzlich wieder ein Fläschchen des wunderbaren Manna einem hervorragenden Chemisten zur Untersuchung überwiesen (ohne ihm zu sagen, was es sei), derselbe erklärte aber, es sei menschlicher Schweiss.“

Genug nun, der an religiösen Freuden so reiche Tag neigte sich seinem Ende, und ich kehrte mit meinen Gefährten wieder ins Kloster zurück, mit dem Vorsatze aber meine Thätigkeit zunächst der Geschichte Roiatens und seines grossartigen Wunders zuzuwenden.

De celebri miraculo iuxta Roiati oppidum a sanctissimo Patriarcha nostro patratum, hoc nunc in loco breviter tractare velim; idque libentius praestabo, eo quod miraculi tam singularis nullus scriptorum, nec quidem S. Gregorius Magnus mentionem fecerit. Nec mirandum, cum ipsemet Sanctus Pontifex contestetur, se non omnia SSmi Patris Benedicti gesta scripsisse, ut videre licet in principio suorum Dialogorum lib. II, et rursus cap. XXXIV

fateatur, inquiens: „Libet Petre, adhuc de venerabili Patre multa enarrasse, sed quaedam eius acta studiose praetereo."

Ex quibus verbis patet D. Gregorium omnia gesta S. Benedicti neque scivisse, neque omnia quae ab aliis acceperat scripsisse. Inter plura vero, quae vel nescivit, vel litteris non mandavit, unum praeter caetera reor, quod maiorum fide digna, atque continuata relatione, nec non ex vetustissimis archivi nostri instrumentis indubitanter constat esse miraculum iuxta castrum Roiatum editum.

Indelebile quippe istius miraculi extat monumentum: ipsum scilicet a Sublacu quinque millia passuum distans oppidum.

Illud cum aliquando Roma Sublacum reverteretur[1]) et mula vectus refocillationis gratia ingredi cuperet, oppidani, ob circum quaque grassantis pestis metum inhumani, sancto viro ingressum interdixerunt. Quapropter Benedictus de via aestuque lassus sub quadam arboris umbra super durissimi silicis scopulum ad quietem se composuit. Cui dormienti emollitus lapis instar cerae resolutus, adeo cessit, quod totius corporis lineamenta, eiusque vestimentorum rugas, proinde ac sculptoris manu impressas, in seipso alte recepit.

Unde pie credi potest, silicem illam ex beati viri tactu eam hausisse divinam virtutem, ut sicut de corpore dormientis sudor emanavit, sic silex durissimus mirandum salutiferumque liquorem producere coeperit, etiam in summis aestatis caloribus, qui vulgo „manna" dicitur, quae in morem tenuissimi roris guttatim effluere et colligi solet, qua caentientium praecipue obliniti oculi, invocato pia mentis devotione SSmi Patris Benedicti suffragio, perfectae pristinae sanitati restitui saepe probatum est, et constat ex fide dignorum testium.

Insuper, ut ex quodam nostri Archivii instrumento constat, Rmus Franciscus Columna Commendatarius Sublacensis Abbatiae ac Archiepiscopus Carenfinus, locum ipsum ex actissime explorasse, utrum esset quid naturale, nec ne; comperta veritate rem esse divinam non humanam Deo Optimo, Maximo gloriam dedid.[2])

Celebriora vero miracula, quae per hoc Manna sive etiam in sancto illo loco retroactis temporibus patrata, sunt, prout ex diversis huius Abbatiae documentis colligi potui, haec sequentia.

Anno Domini 1372, tempore Augusti elapso, ingresso Septembri, Propertius Martinus Narniensis Gubernatoris seu Praetoris Sublaci munere fungens a me (idest a Capisacchi, qui eo in tempore oeconumus Abbatiae Divae Scholasticae erat) magna instantia sanctis-

---

[1]) Quod contigisse puto in aedificatione monasterii Lateranensis, circa annum Domini 520.

[2]) Hoc factum confirmat Chronista noster Capisacchi. Vide »Chronicon Sublacense« p. 15.

simum Manna ex illa P. Benedicti efficie emanans expetiit, ex eo vollens Illustrissimae Dnae Arthemisiae Columnae quae deinde mirabiliter sanata est morem gerere pro oculorum ejus valetudine. Ad locum ipsum quodam die accessit, et a presbitero manna accepit; insuper curens ad illud sacellum regressus, non sibi satis existimans acceptum Manna, nisi propriis oculis illud effluere conspexisset.

Vidit ergo sancti liquoris emanationem, ac oppido admiratus, Deo gratias illico egit, ac conquestus sue locus ita se haberet, et non teneretur uti devotio exposcebat?

In hoc nempe, narrat noster Chronista Capisacchi, ei fecimus satis, quandoquidem praelatus noster presbitero illi in mandatis dederunt, ut loco in necessariis sine expensarum respectu subveniret. Ego quippe illi loco ob P. Benedicti reverentiam ac Dei laudem, cratem ferream cum clavi constituimus.

Insuper item sacerdos illius custos sacelli nomine Petrus ejusque pater Hieronymus cognomine Valentinus ex eodem castro etate quoque grandaevus, digni testes ibi loci nararunt.

Mulier quaedam Feliciotti conjux a castro Paliano et altera Archipresbiteri Olibani mater, infirmitate oculorum detentae devote cum SSmo Patri Benedicto se commendassent, praemissa prece et delinitis oculis illo sancto liquore, pristinae sospitati sunt restitutae, quarum una melius postea vidit quam antea.

Fertur etiam quod quidam Sublacensis gubernator sive Praetor, cum quasi hydropisi morbo vexaretur, perunctus eo sancto liquore toto alvo mire salutem assecutus est. Item refertur quod quoties efficiei sanctum locum quis irreverenter introgressus fuerit, ibique iacendo se prostraverit, sanctum Manna per plures annos emanare cessavit, quod aliquoties experimento compectum est, et quidem evidenter anno Domini 1621, die 23. Maii.

Nam contigit ea die tres Cappuccinorum Fratres conventus castri Paliani sacellum S. P. Benedicti devotionis causa ingredi ut locum impressionis venerarentur, et inspicerent solitum producere Manna.

Eorum unus, nomine Dydimus, incredulus, non contentus locum semel, aut bis inspexisse, nisi eumdem ingressus manu silicem palpasset non ut decebat glorificans Deum in Sancto mirabilem, quinimo rem tanquam naturalem flocci pendens, et nequaquam divinam.

Et ecce, miro Dei iudicio, repente sub oculis astantium locus ille sacer manu fratris increduli tactus, sacrum quem producere caeperat liquorem continuo retraxit, nec ultra per plures dies exsudare conspectus est.

Contrarium quoque etiam accidit, nam cum in illo tempore ad dictum S. Benedicti sacellum devotionis causa venisset Illma

Cardinalis Hieronymi Pamphilii soror, Domina Portia, toto corpore maximis ac diuturnis afflicta doloribus, et ante cryptam almi Patris prona se prostrasset, opem a Deo, Sanctique Benedicti suffragium lacrimis expetiit, brevi fusa oratione surrexit, seque vestibus spoliari ab ancillabus iussit, deinde reverenter cryptam ingressa, paulo post absoluta prece, omni doloris vexatione depulsa, sanitati restituta fuit.

Reassumptis itaque per semetipsam vestibus, denuo in genua procidens, quas potuit ex corde Deo, divoque P. Benedicto rependit gratias. Et cum avida pauxillum Mannae ab Archipresbitero expetisset, minimeque in promptu haberi responsum accepisset, lacrimis madentes oculos intra cryptam direxit. Et ecce, mira Dei benignitas, repente ad astantium intuitum, silex largiflue sacrum coepit producere liquorem.

Qua Deo facta gratia, ipsa domina cum multa cordis devotione et hilaritate, ampullam salutiferi liquoris plenam secum absportavit, sicque Romam incolumis reversa, pallium altaris coreacium deauratum, armis gentilitiis familiae suae decoratum, grati animi ergo sacello apponendum transmisit.

Alter praeterea dignus fide testis de se ipso ad Dei gloriam confessus est, quod cum hyemali tempore cholicis graviter torqueretur doloribus, bibens pauxillum salutiferi istius liquoris, Dei gratia, meritisque S. P. Benedicti, pristinam adeptus est sanitatem, nec recidivos ultra sensit dolores.

Alius etiam dicti castri colonus, pro Dei almique Patris gloria, testatus est, quod cum tantis urgeretur aurium doloribus, ut in febrim inciderit acutam, neque cibum ob vehementem capitis dolorem sumere valeret, ad SSmi P. Benedicti supplex confugit patrocinium, et Manna doloratas liniens aures in brevi optatam adeptus est sanitatem.

Supra item memorato Domini anno 1621, circa exitum Mensis Junii, venerabilis quidam P. Fratrum Cappuccinorum, Quardianus conventus castri Paliani, graviter multo ex tempore calida laborabat podagra, qui audiens miram dictae Mannae virtutem, ad invisendum beatissimi P. N. sacellum aegre admodum se contulit, ibique divinis celebratis devote mysteriis modicum salutiferi liquoris ab Archipresbytero expetiit, quo afflicti corporis liniens partes, omne languoris tormentum depulit, sicque ad monasterium incolumis regressus de illo genere morbi nequaquam laboravit ulterius, nec postea unquam eo vexatum fuisse morbo accepimus.

* * *

Illud quoque almi Patriarchae Sacrum Sublacense Specus similem producere salutiferum liquorem circum vicinis notissimum est.

Quapropter duo sequentia ad Dei gloriam perpetuam almique P. Benedicti venerationem annotare volui facta, ait chronista noster Mirtius dicens.

Praeterito namque anno Domini 1624 in Mense Decembri Sanctimonialis quaedam romana Pacifica nomine, Bovinorum prosapia oriunda, Ordinis Dominicanarum monasterii S. Catharinae Senarum de Urbe, altero oculorum lumine a pluribus mensibus ita expers fuit, ut neque meridiana luce astantes sibi cerneret sorores. Haec cum intellexisset salutiferi liquoris exsudantis S. Specus virtutem plurimis aegris sanitatem contulisse, confisa de Dei benignitate, meritisque S. P. Benedicti, rogavit consororem ut intinctum bombycem liquore salutifero, oculo excaecato imponeret, statimque factum est, ut liquor palpebris tam tenaciter adhaeserit conglutinatus, ac si piceum fuisset emplastrum. Quod cum post spatium horarum circiter trium per se ab oculo decidisset, extemplo lumen oculus excaecatus recepit, ac si numquam eo captus fuisset, eoque deinceps clarius altero perspexerit, ut ex fide dignis accepi litteris, testimonium de dictis perhibentibus.

Ad quorum corroborationem ipsamet soror Pacifica ad sacri Specus altare, argentum oculorum simulantium appendere curavit.

Circa idem tempus puella quaedam impubes Gennae oppido nata, cum alterum oculorum ex pustulae seu alias variolae morbo corruptum taliter haberet, ut nulla recuperandae lucis spes superesse crederetur, ad S. P. Benedicti suffragium supplex et lacrimosa confugit. Visitato Sacri Specus templo, post auscultatum Missae sacrificium, obnixe expetit, ut oculum depravatum salutifero Specus liquore perfunderetur. Quo facto, fide magna domum reversa, paulo post oculo divina virtute expungato, optatam a Deo sanitatem obtinuit: factum testantur oppidani.

Omitto hic coacervare plura dictis similia quae Deus, meritis SSmi P. Benedicti in longinquis etiam provinciis operari dignatus est, quae singula vix volumine comprehendi possent.

Nemo autem praecipiti iudicio, ignotae rei naturam, ob difficilem eius notitiam damnet nec arguat, vel acrius inquirat, sed aequius intelligat, atque perfectius diudicet quod supremi artificis ineffabilis potentia producere productumque suis legibus statuere possit.

Nec hic omittendum est, quod SSmi P. N. Benedicti statura silici impressa tantae est proceritatis, ut longitudinem palmorum plusquam decem excedat, et iuxta illud campestre sacellum Roiati cernitur etiam mulae, qua vehebatur, in durissima silice impressum elapsi pedis vestigium. Sed ne vir Dei, aut iumentum quo ferebatur, laesionem aliquam pateretur, saxum in quod impegit, in cerae quasi mollitiem resolutum est, et carnis teneritudini cessit durities eius, et signi impressi memoriam cunctis locum inspicientibus reliquit.

Propter praeclara isthaec idcirco miracula, fidelium ope ibidem antiquitus aedificatum fuisse Sacrarum Virginum domicilium, non solummodo ex fida maiorum habetur traditione, verum etiam plurium authenticarum veterum scripturarum probatur auctoritate, ut inferius dicemus.

Et fertur quod cum quadam die abbatissa mulieri famulae praecepisset ut egressa e monasterio ad molendum frumentum, concita cum asello ad molendinum pergeret, et ipsam suae Dnae obtemperasset, deinde ubi ad molendinum accessit, contigit diem iam ad vesperum tendere, quo cognito, illa molitorem rogavit, ut dignaretur in molendo frumento eam expedire, quandoquidem mulier esset et Sanctimonialium obsequio addicta, horaque serotina propinquabat, nec sibi fas erat extra monasterium pernoctare.

Cui molitor dixit: „Pluit quo pergere vis!“ Illa vero plurimum instabat, concedi sibi farinam suum deferri monasterium.

Caudem victus eius precibus ac importunitate, molitor eius saccum farina replevit, eamque a se dimisit.

Illa vero onerato ex farina asello tametsi non parva pluvia esset, inde recessit, eam Dei angelo comitante, immenso cum lumine quandoquidem nox et tenebrae erant, illaesis et immadefactis, tum farina a pluvia, quam eius tota persona et vestibus, ad monasterium tandem pervenit.

Ingressam autem monasterium, Abbatissa paulisper quiescere iussit, ac postea cibum capere, cui illa respondit; „Sine me, Dna, obsecro aedem sacram mei devotione petere, quo facto diutius ibi Dominum exorans, spiritum exhalavit.

Interim a monialibus expectabatur, maxime ab Abbatissa, quae iusserat sibi refectionem parari, eam moram facientem ibi in ecclesia defunctam flexis genibus manibusque caelum versus extensis, ac simul iunctis invenerunt. Deinde ut id verum appareret, multo post tempore in ipso sacello, diruto monasterio cum gradus iuxta S. P. Benedicti effigiem, ad altare superius situm accessus praebentes fabricae repararetur, corpus eiusdem mulieris, quemadmodum genuflexum iunctisque erga caelum manibus humatum fuerat; ita repertum est, non sine multorum admiratione, ac Dei laude. Nec id alienum a B. P. Benedicti meritis putarim.

Caeterum dictum monasterium sub anno Christi 1334 a sacris virginibus inhabitatum fuisse probatur instrumento Francisci Partibulli civis castri Cuccianelli qui monialibus monasterii S. Benedicti castri Roiati delegavit quandam pecuniariam eleemosinam sub die 22. Junii praefati anni. Rursus idem comprobatur donationis instrumento Dominae Gemmae de Roiato, uxoris quondam Nicolai Gradonis, quae singulis monialibus legaverat ex testamento annuatim duodecim denarios, sedente Benedicto XII, anno Domini 1341 sub die 28. Augusti.

Illud vero monasterium in observantia regularis disciplinae perseverasse patet usque ad annum Pontificatus Sixti IV. XIII, qui erat Domini 1484, quo Illustrissimus D. Joannes de Comitibus, Cardinalis titulo S. Vitalis, litteras protectionis familiares direxit scriptas die 8. Februarii dominae Antoniae, filiae quondam Agapiti de Roiato, ultimae monasterii S. Benedicti dicti castri Abbatissae, quae ad fidem rei, adhuc sanae conservantur in archivo nostro.

Demum nobilis vir Benedictus Stephani de castro Roiato, de Genere fundatorum omne ius, quod ad ipsum spectabat in dicto monasterio, assignavit et contulit conventui S. Scholasticae anno Domini 1461 sub die 20. Junii, ut testatur instrumentum factae donationis publicum desuper confectum; quo tempore ad nihilum redactum erat ob nimiam panpertatem, et ob calamitosorum temporum iniurias, virginum sacrarum domicilium esse desierat, omnisque in eo regularis observantia defecerat, quia adeo exile ac tenue in redditibus et proventibus fuerat, qui ad sustentationem monialium nequaquam sufficiebant, cum secundum aestimationem et communem valorem, non excederent summam florenorum aureorum 12.

Ultima loci Abbatissa Antonia, cum sola superesset, monasterium Sixto IV, Summo Pontifici resignaverat, ut testatur quaedam vetusta schedula pergaminea nostri archivi.

Quis vero istius monasterii fundator extiterit, aut quo tempore extructum, nulla prodit scripturarum memoria: verum ex supradictis probatur sub anno Domini 1334 floruisse, et perseverasse in observantia, usque ad pontificatum Innocentii VIII, anno Domini 1484, quo anno adhuc vivebat Antonia Agapiti de Roiato ultima Abbatissa loci.

Fere omnes nostri Chronistae affirmarunt, Manna Sacri Specus bis tantummodo effluxisse XVI. et XVII. saeculo, in hoc vero non leviter erraverunt. Nam recte dicit, Abbas Mellitus Dolci, et verba sua hic minime silentio praeterire volo:

Accenando i nostri Cronisti la produzione della Manna nella sacra Grotta del Sacro Speco essere accaduta due sole volte, chiaro apparisce aver eglino ignorato, quanto prima di ciò era accaduto, e nello stesso loco secolo, Convien' dire il vero, che i nostri scrittori oltramontani sona stati piú accurati e rigorosi dei nostri Italiani nel ricercare, scrivere e dare alle stampe tutto ció che è relativo al nostro Santo Patriarca accaduto in Italia.

Mi fa piacere riportare ad litteram il sentimento del P. D. Tomaso, e rapporto al Sacro Speco, ed alla Manna.

En praecisa verba:

atque his, quas Silvius aliique ingenti numero in Specu praesensere, delitiis alendis Deus prodigiosum quoque manna nobis caro apponere consuevit.

Quoties enim publica orbi christiano calamitas, seu a barbarorum bellico furore, seu famis, pestisque malis imminebat, sui antri durissima saxa „aeterno miraculo“ mirabiliter quendam humorem fuderunt, qui speciem saporemque Mannae praebebat. Obstuperunt id prodigium majores nostri, funestis illis temporibus, quibus Hunni, Dani, Normanni, Suevi, Gothi, Saraceni allique orthodoxi nominis hostes feralia signa Italiae aliisque Europae provinciis intulerunt. Atque id eius generis prodigium parentes nostri, praeterito saeculo (XVI,) viderunt, et paulo post horendam tempestatem, quam furentis haeresis cursus induxit, persensere cum in ludibrium procellosi temporis dicti iactarentur, quam premerentur hoc tamen nomine felices quod a caelesti Benedicto mirabili illo Manna ante pasti robur hauserint quo vegetati fortius possent procellis obluctari.

Annus ab Incarnatione Dominica agebatur 1589, furore Lutheri infamis, cum visa est Sacra Specus, velut sui olim ad alienam condolentissime indolem sensum induisset, prodigiosum sudorem stillare. Ut adeo mirum non sit, maximorum virorum studia in eo solerter sudasse, ut tam Sancto domicilio debitus honor et condigna apud homines opinio haberetur. Unde magnus ille Franciscus Petrarcha haud veritus est Sacrum Specum „Paradisum“ appellare, cuius limina si quis adierit, terrestre quoddam caelum sibi ingressus videatur. Nec tantum suam ille in testimonium experientiam adducit, sed aliorum quoque, quibus per illam visendi felicitas obtinuisset.

Praeterea, narrat ipse Abbas titularis Mellitus Dolci, quod „nel mese di Giugno 1752 per 8 o 10 giorni accadde un eccessivo calore, il di 16 do si videro nella S. Grotta e particolarmente nella parte inferiore di essa quantità di gocciole di sudore, do volgarmente „Manna“ di colore Perlino, di sapore salino, e duró per 10 giorni.

Nel 1805 nei principi di Giugno sudó la S. Grotta, non si sà per quanto tempo, non avendolo segnato lo scrittore. Chi desidera sapere poi distintamente quante volte sudasse la S. Grotta dal 1808 sino al 1814 ne potra dimandare le notizie al P. Priore del S. Speco, che hà tutto registrato.

Tutte le volte peró che è accaduto questo sudore, sempre sono avvenuti dei castighi, o nel paese, o generali, come pur troppo si è verificato e provato in questi anni.“

Haec scripsit D. Mellitus Dolci Abbas anno Domini 1818.

Die vorliegende in lateinischer Sprache verfasste Arbeit unternahm ich gleich hierauf zu diesem bestimmten Zwecke, und übergebe sie hiemit der Oeffentlichkeit, weil ich überzeugt bin, dass, sollte auch die Behandlung des Stoffes an manchen Mängeln

leiden, die bei einem solchen Versuche wissenschaftlicher Forschung schwer zu meiden sind, die Schrift wenigstens durch den gesammelten Stoff selbst den hochw. Herrn Confratres einiges Interesse zu bieten dürfte.

Ich zog hiefür die lateinische Sprache der Deutschen vor, weil ein nicht geringer Theil unserer Hochw. Herrn Mitbrüder, letzterer nicht mächtig ist.

Ein kleiner Beitrag zur Geschichte der Salzburger Benedictiner-Universität.

Von A. J. Hammerle.

Bekanntlich haben die salzburg. Fürst-Erzbischöfe der Salzburger Benedictiner-Universität stets durch Worte und Thaten edlen Vorschub geleistet und die zweckentsprechende Förderung und Verbesserung derselben angestrebt, so z. B. um die Mitte des vor. Jahrhunderts: Leopold Firmian, Andreas Jakob, Graf von Dietrichstein (1747—53). Von diesem Erzbischof wurde für die Gymnasial- und Universitäts-Studien ein neuer Lehrplan bestimmt und das Studium der Experimental-Physik, sowie auch die Pflege der Deutschen Sprache angeordnet, wie aus folgenden Urkunden und Documenten zu ersehen ist, deren Originalien in der ehemal. salzburg. Universitäts- nun k. k. öffentlichen Studien-Bibliothek sich befinden, nämlich: „1. Leopold von Gottesgnaden — Leopold m. p. — 2. Andree von Gottesgnaden — Andree m. p. — 3. Andree von Gottesgnaden — Salzburg actum et decretum den 22. Juny 1751. Andree m. p. — 4. Sigmund von Gottesgnaden — Salzburg den 22. Augusti 1753 — Sigmundt m. p. — 5. Sigmund von Gottesgnaden — Salzburg, den 19. Novembris 1753 — Sigmundt m. p. — 6. Unter dem 12. September 1772 erhielt der Rector der Universität vom Hochwst. Fürst-Erzbischof Hieronymus ein Decret mit dem Auftrage, ein festes Gutachten zu entwerfen, wie entweder nach Ausweis der Herren Vorfahren am Erzstifte mildseel. Angedenkens erlassenen Decreten etc. eine Verbesserung der Studien und allenfalls vollkommene neue Lehrart vorgeschrieben werden könnte. Das diesbezüglich erfolgte Gutachten — die drei Facultäten der Salzburger Universität betreffend — enthält einen sehr interessanten, umfangreichen Bericht über den Bestand neuer Verfügungen und Schwierigkeiten etc. — Der Bericht über die Vorlesungen an der philos. Facultät (wahrscheinlich pro anno 1774) enthält unter anderen folgende Notizen: a) 3. Der Pro-